

(2) *Que se sirviese del.* Idem dicit Gloss. in dict. l. *si paterno*, sed non ita distinctè et clarè, ut ista lex, quæ dicit procedere hoc, non obstante protestatione.

(3) *Recabando sus cosas.* Adde dict. l. *alimenta* 11. C. de negot. gest. et quæ dixi suprâ eod. l. proxima.

(4) *Todos los otros omes.* Multum generale verbum est hoc, ut idem sit in quocumque extraneo alente, quod in vitrico: et si ita generaliter intelligatur, videtur absurdum, quia in vitrico militat pietas, et paternus affectus, qui cessat in extraneo alente: solent enim privigni diligere vitricis propter eorum matres; quod in extraneo non est: undè limita, et intellige istam legem in extraneis, in quibus militaret similis affectio, ut si erant amici parentum, vel pupillorum, ut in l. *is, qui* 44. D. de negot. gest. et dixi suprâ eod. l. 53. et ita videtur de mente Azon. C. de negot. gest. in summa, col. penult. versic. *cessat autem hæc actio*, ibi, *item si paterna affectione*, et ibi, *item si quis extraneus*. Alber. in dict. l. *Nesennius*, D. de negot. gest. versic. *item qui in extraneis*, refert, quod Guilielmus in alimentis præstitis extraneis sic dicebat, quòd si quis extraneo præstat alimenta extra domum suam, videtur fecisse causa pietatis; si verò in domo, aut utebatur ejus operis, et compensantur, allegat l. *in rebus* 18. §. *possunt* 2. D. *commodat.* si verò non utebatur operis illius, debeat attendi consuetudo ejus, qui alimenta præstabat, utrùm consueverit gratis præstare, vel non: allegat l. *vel universorum* 12. D. de pignor. action. cum concordantibus. Ego in ista materia totum referam ad arbitrium iudicis, an motus fuerit causa pietatis, vel ne, ut ex conjecturis debeat arbitrari: in dubio autem tene, quod dixi suprâ eod. l. 53.

TITULO XIII.

DE LOS PEÑOS QUE TOMAN LOS OMES MUCHAS VEGADAS, POR SER MAS SEGUROS, QUE LES SEA MAS GUARDADO, O PAGADO, LOS QUE LES PROMETEN DE FAZER, O DE DAR (a).

Peños toman los omes muchas vegadas, por ser mas seguros, que les sea mas guardado, o pagado, lo que les prometen de dar, o de fazer. Onde, pues que en el Titulo ante deste hablamos de las fiaduras, que son fechas en esta razon, queremos aqui dezir de los peños. E mostrar, que cosa es peño. E quantas maneras son del. E que cosas pueden ser dadas en peños. E en que manera. E quien las puede empeñar. E quales pleytos pueden ser puestos en esta razon de los peños. E quales non. E que derecho gana ome en las cosas que rescibe en peños. E quando las deve tornar a aquel cuyas fueren. E por que razones se desata la obligacion del peño. E otrosi diremos, como e quando pueden ser vendidas, o enagenadas.

(a) Tit. 6. lib. 3 del F. J.—Tit. 3. lib. 3 del F. V. de Cast.—Tit. 49. lib. 3 del F. R.—Tit. 18 del Ord. de Alc.—Tit. 12. lib. 3 de las OO. RR.—Tit. 16. lib. 10 de la N. R.

TITULUS XIII. DE PIGNORIBUS.

LEX I.—Que cosa es peño, e quantas maneras son del (a).

Peño es propriamente (1), aquella cosa que vn ome empeña a otro, apoderandole della (2) e mayormente quando es mueble. Mas segund el largo entendimiento de la ley, toda cosa, quier sea mueble, o rayz, que sea empeñada a otro, puede ser dicha Peño; maguer non fuesse entregado della, aquel a quien la empeñassen. E son tres maneras de peños. La primera es, la que fazen los omes entre si de su voluntad, empeñando de sus bienes, vnos a otros, por razon de alguna cosa que deuan dar, o fazer. La segunda es, quando los Judga-

dores mandan entregar (5) a alguna de las partes en los bienes de su contendor, por mengua de respuesta (b), o por razon de rebeldia, e por juyzio (4) que es dado entre ellos, o por cumplir mandamiento del Rey (c). Ca tales peños, o prendas como estas, se fazen como por premia. E estas dos maneras de peños sobredichos se fazen por palabra. La tercera manera es de peños, la que se faze calladamente, maguer non es y dicha ninguna cosa: assi como se muestra delante de los bienes del marido, como son obligados a la muger como por peños, por razon de la dote; e de los otros que son obligados al Rey (d), por razon de rentas, o de los derechos que cogen por el; e de todas las otras razones semejantes destas, que fablan las leyes deste Titulo.

(a) L. 6. tit. 19. lib. 3 del F. R.

(b) Véase nuestra nota á la L. 29. tit. 2. P. 3.

(c) No puede el Rey administrar justicia. Véase nuestra nota 2.ª á la L. 52. tit. 18. P. 3.

(d) Como las rentas públicas son del Estado y no del Rey, esta disposición debe entenderse de los que están obligados al Estado.

LEX I.—Pignus propriè est res, quam alio obligamus tradendo, maximè si res est mobilis; sed largo modo etiam immobilis potest dici pignus: et est triplex, conventionale, et iudiciale, quæ sunt verbo, et pignus tacitum. Hoc dicit.

(1) *Propriamente.* Adde l. *si rem alienam* 9. §. *propriè* 2. D. de pignor. action. ubi Bart. licet non firmet, infert ad statuta loquentia de pignore, ut non procedant in hypotheca, et Alexand. ibi *in addit.* refert Paul. de Cast. ibi tenentem contrarium, quod in mea lectura Pauli ego non habeo; et dictum Pauli videtur approbari in ista lege, ibi, *e mayormente, etc.* Bald. in dict. §. *propriè* simpliciter transit, inferens illationem, quam Bart. facit. Videtur dicendum, quòd si statutum provideret circa actum odiosum, non comprehenderetur simplex hypotheca, argum. cap. in *nostra* 8. de injur. et cap. *cum dilectus* 32. de consuet. ita dicit Abb. in cap. *cum de aliquibus, de rejudic.*

(2) *Apoderandole della.* Aliquando tamen non transit possessio pignoris in creditorem, sed sola detentatio, ut quando inter partes ita est actum, ut notat Gloss. et ibi Bald. in l. *si servus*, C. *quod cum eo*: vide in materia l. *sciendum* 15. §. *creditor* 2. D. *qui satisd. cogant.* et l. *cum notissimi* 7. §. *sed cum illud* 2. C. de præscript. 30. vel 40. anor.

(3) *Entregar.* Et istud pignus prætorium non constituitur, nisi quis in possessionem mittatur, ut in l. *non est mirum* 26. D. de pign. action. limita tamen hoc in casu l. *quamvis* 15. D. de bonis auctor. judic. possid. et cap. *contingit* 9. de dolo et contum.

(4) *Juyzio.* Istud dicitur pignus iudiciale, Gloss. in l. 2. C. *qui potior. in pign. habeant.* et per Bart. in l. *si et jure*, C. *qui potior. in pign. habeant.*

LEY II.—Que cosas pueden ser dadas en peños.

Empeñar (1) se puede toda cosa, quier sea nascida, o por nacer, assi como el parto de la sierua (a), e el fruto de los ganados, e de los arboles, e de las heredades, e de todas las otras rentas que los omes han de qualquier natura (2) que sean, tambien las que son corporales, como las que non lo son. Pero, que quier que esquilme, o disfrute (3) destas cosas sobredichas, el que las touiere a peños, tenudo es de lo descontar (4), de aquello que dio sobre aquella cosa empeñada; o de lo dar al señor de la cosa (b). Otrosi dezimos, que todas las debdas que deuan a vn ome, que las puede empeñar a otro, con todos los derechos que han en ellas. E aquel que las rescibe en peños, puedelas deman-

dar (5) en juyzio, e fuera de juyzio; bien assi como faria aquel a quien las deuen, que gelas empeño.

(a) Respecto á la esclavitud véase nuestra nota 2.ª á la L. 3. tit. 11. P. 1.

(b) Es ilícito el pacto llamado *anticrético*, que consiste en que el acreedor perciba como intereses los frutos de la prenda; mas esto puede modificarse en los casos de lucro cesante ó daño emergente. Véase nuestra nota 2.ª á la L. 31. tit. 11 de esta Partida.

LEX II.—Pignorari possunt res corporales et incorporales, tam natæ, quam nascituræ, ut fructus vel partus ancillarum, vel pecorum; et fructus debent in sortem computari, vel reddi pignoranti. Hoc dicit.

(1) *Empeñar.* Ortum habet à traditis per Azonem, C. eod. in summa, versic. *obligari.*

(2) *Natura.* Ex hoc verbo, et sequentibus colligitur, quòd etiam iudiciale, et jus patronatus, et jus pedagii, et quæcumque jura incorporalia possunt pignori dari et obligari. Bart. tamen in l. *si is qui*, §. *fin.* D. eod. de qua ista lex sumpta est, dicit, quòd quædam sunt jura quæ consistunt in hominibus, ut iudiciale quàm habet dominus in vassallum, et jus quod habet patronus in libertum, et his similia; et ista non possunt obligari, nisi in casu maxime necessitatis, ut in l. 1. C. de oper. libert. et aliis per eum allegatis; quædam verò sunt jura in re, ut jus patronatus Ecclesiæ, et jus percipiendi pedagia, et similia; et ista, si sunt talia ex quibus non percipitur aliquod commodum pecuniarum, non possunt obligari, ut in cap. *cum Bertoldus* 18. de re judic. si verò aliquod commodum percipitur, possunt obligari, per text. in dict. §. *fin.* et per alias leges. Ex quo infertur, quòd si aliqua pensio deberetur patrono ratione juris patronatus, illa bene transiret cum pignore in creditorem, ut et notat Abb. in cap. *cum Bertoldus*, column. penult. et *fin.* Et in quantum Bart. dicit de iudicacione, fortè non procederet; imò indistinctè potest pignorari propter generalitatem hujus legis, et quia hodie de consuetudine iudicaciones venduntur, tamquam si essent unum pecus hæreditarium, vel ovile, ut tradit Bald. de feudo *Marchia*, column. 1. et in §. *ex eadem*, de Lege *Conradi*, et facit bonus text. in l. *eleganter* 24. §. *fin.* D. de pign. action. per quem text. Romanus in quodam suo singulari incipienti *quæritur à me*, fol. 15. column. 4. dicit, quòd creditor potest uti iudicacione in castro sibi pignorado. Et quòd dictum est de jure patronatus Ecclesiæ, extende etiam si universitas pignoretur, ut non transeat sub pignore generali, ut voluit Gloss. et ibi Abb. et Felin. col. penult. in dict. cap. *cum Bertoldus*, et tradit Rochus in suo tractatu *juris patronatus* super verbo *ipse, vel is*, questione 27. licet contrarium in hoc dixerit Bald. in dict. l. *si is qui*, §. *fin.* Et ad istum text. qui videtur ob stare, cum dicit, *de qualquier natura*, respondetur, quòd procedit, si tales fructus percepti à creditore sint talis naturæ, quòd possint debitori restitui, vel cum debito compensari: quod non cadit in fructu præsentationis in jure patronatus Ecclesiæ, ut Gloss. dicit, et notatur in dict. cap. *cum Bertoldus*, et facit, quòd statim in ista lege subditur: *Pero qualquier que esquilme, o disfrute, etc.* Quid autem de servitutibus rusticis, vel urbanis, an possint hypothecari, vide in dict. l. *si is qui* 11. §. *fin.* et in l. *sed an via*, 12. D. de pig. per Franc. de Ripa in l. *obligatione generali*, D. eod. qui fuit in nova opinione, quòd neque servitutes rusticæ, neque urbanæ, possint in abstracto hypothecari, seu pignori obligari: et ibi respondet ad dict. l. *sed an via* 12. D. eod. quòd loquatur de commoditate utendi ipsis servitutibus, non verò de pignore, et hypotheca ipsius servitutis; ad quod bene facit, quòd de usufructu pignori obligandi tradit Bart. et alii in dict. l. *si is qui*, §. *usufructus*. Quid de re emphyteotica, an veniat in generali obligatione, vide in l. *fin.* C. de jure emphyteot. per Doct. et de pignorante rem communem, an pignoris obligatio contrahatur pro parte sociorum; et quid facta divisione postea à sociis, an jus pignoris restringatur ad partem, quæ ex divisione postea adjudicatur illi ex sociis, qui obligabit, vel remaneat etiam respectu partium aliorum, vide l. 3. §. *fin.* D. *qui potior. in pign. habeant*, per Bart. in l. *unus, de servitut. titulo generali.*

(3) *Esquilme, o disfrute.* De fructibus, quos creditor percipit, loquitur ista lex; et sic videtur, quòd non teneatur creditor de fructibus percipiendis, seu qui percipi potuerunt. De jure tamen communi cautum est, quòd teneatur tam de perceptis, quam percipiendis, ut in l. 2. C. de pign. act. in l. 2. C. de pactu pign. undè considera, an si fortè voluit hæc lex approbare opinionem Hostiensis in summa tituli de pign. in §. *quando efficaciter*, versic. *sed numquid creditor*, ubi vult, creditorem teneri de percipiendis, ex eo, quia nullus tenetur de percipiendis, nisi malæ fidei possessor, juxta notata in cap. *gravis* 11. de restit. spol. et quia secundum hoc haberet necesse creditor, colere fundum, velit, nolit; quod non est dicendum, quia neque debitor libenter ei redderet boves, si amitteret, ergò non debet ab eo exigere, quòd colat suo periculo, et fructus reddat; argum. l. penult. C. de solution. quod tamen limitat, nisi omitteret in fraudem: et præsumitur fraus, si colebat proprias possessiones, et dimittebat pignoras; vel si non locavit, cum potuerit locare, et erat res solita locari, argum. l. 5. C. de distract. ping. et idem, si non consuevit locari, tamen paratus erat conductor volens colere, et cavere. Doctores tamen communiter in cap. *cum contra, de ping.* ubi Abb. Anton. Cardin. et Joann. de Imola simpliciter volunt, quòd creditor teneatur de percipiendis, per dictas leges, et idem voluit Gloss. in dict. cap. *cum contra*. Ego verò attentis verbis hujus legis Partitarum adhererem opinioni Hostiensis, et respondeo in dictam l. 2. C. de ping. act. quòd ibi dicitur, quòd creditor tenetur de fructibus, quos percipit, vel percipere debuit, et sic per eam fundatur opinio Hostiensis, qui et voluit, quòd quando omisit percipere in fraudem, vel si non locavit, cum potuit locare, tenebitur de percipiendis: quia istis casibus percipere debuit, non alias: ad l. verò 2. de pactu pignor. quæ dicit, quòd et tenebitur de fructibus quos percipere potuit, et sic, si ex sola negligentia non percipit, vult quòd teneatur, respondeo, quòd illa lex loquitur in debito fœneratiois et usurario: quo casu nil mirum si de hoc teneatur, ex quo habet usuras; in simplici verò debito non procedet, neque loquitur illa lex, sed dicta l. 2. C. de pign. action. Tu verò cogita, quia hæc est nova consideratio ad intellectum illarum legum, et Doctores non tangunt.

(4) *Tenudo es de lo descontar.* Adde l. 1. C. de distract. pignor. et l. 1. 2. et *fin.* C. de ping. act. cap. 1. et 2. de usur. et D. de pactu pignor. l. 2. et cap. *cum contra* 6. de pignor. Et collige hic, quòd potest creditor uti fructibus rei pignoratæ, et convertere eos in usum suum, vel vendere, ita ut compenset in sortem; quod et notat Albericus in dict. l. 1. C. de ping. act. fructus namque censentur res, quæ communiter servando servari non possunt, saltem diu, et notat Gloss. in l. 1. D. *si advers. usucap.* ideo nil mirum, si permittatur creditori eos distrahere, secundum Joan. de Imol. in dict. cap. *cum contra*, in princ. et vide per Bart. in l. *divortio*, §. *ob donationes*, D. *solut. matrim.* Si tamen essent tales fructus qui possunt durare in tempus, quo deberet res restitui debitori, ut si esset frumentum, oleum, et similia; tunc creditor neque cogere, imò neque posset illos distrahere; sed hos fructus, soluto debito, restituere tenetur debitori, argum. l. *si cui* 5. §. *quæri potest* 21. D. *ut in poss. legat.* et tenet Petrus de Anchar. et sequitur Joan. de Ana commendans hoc dictum in cap. 1. de usur. column. 2. Et quid si erat domus, quæ data fuit pignori, et creditor eam inhabitabit? Vide infrâ eod. l. 21. et quod notat Abb. per Specul. in dict. cap. *cum contra*, column. *fin.* et per Alexand. consil. 141. 6. volum. in 2. dubio, et per Paul. de Castr. in dict. l. 1. ad finem, C. de ping. act. Et limita, quod in ista lege hic dicitur de fructibus pignoris computandis in sortem, iu casu cap. 1. de pign. et cap. 1. de usur. et cap. *salubriter* 16. eod. tit.

(5) *Puedelas demandar.* Adde l. *si convenerit* 4. in princ. D. de ping. act.

LEY III.—Quales cosas non deuen, nin pueden ser dadas en peños (a).

Sautas (1) cosas, e sagradas, e religiosas, assi como las Iglesias, e los monumentos, e las otras cosas semejantes, non las pueden los omes rescibir a peños, nin se pueden obligar. Fuera de ende por cosas señaladas, segund dize en el Titulo (2) que fabla de las cosas de Santa Iglesia, en la primera partida deste nuestro libro (b). Otrosi dezimos, que vn ome libre (5) (c) non se puede empeñar. Ante dezimos, que qualquier que lo

recibiese en peños, que deve perder (4) todo lo que diesse sobre el. E deue pechar mas otro tanto de lo suyo a el, e a sus parientes, si por aventura el non fuesse buio. Pero dos casos son, en que podria ome libre ser resebido en peños, e fincaria obligado. El primero es, si alguno yoguiesse catiuo, e el mismo se empenasse (5) a otro, por quitarse de catiuo. E el segundo es, si alguno empenasse su fijo (6) por cuyta de fambre. Otrósi dezimos, que ome libre puede ser dado en rehenes, por razon de paz (7) que firmassen algunos entre si, o por treuga, o por otra seguridad (8), o por otra cosa semejante destas. E maguer el pleyto (d) sobre que fuesse alguno empenado en esta manera, non fuesse guardado, con todo esso, non deuen a el matar nin ferir, nin darle pena ninguna, nin fazerle mal ninguno (9). Mas puedenle guardar, quanto tiempo touieren porguisado, o fasta que el tiempo se cumpla, assi como fue puesto.

(a) L. 5, tit. 5, lib. 1, y L. 8, tit. 49, lib. 3 del F. R.—L. 3, tit. 5, lib. 1 de la N. R.

(b) Véase nuestra nota última á la L. 9, tit. 14, P. 1.

(c) Ya todos los españoles son libres, y respecto á la esclavitud véase nuestra nota 2.^a á la L. 3, tit. 11, P. 1.

(d) Convenio.

LEX III.— Res sanctæ, sacræ, vel religioſæ non possunt pignori obligari, nec liber homo: et eum recipiens perdit creditum, et tantumdem ei, vel ejus consanguineis, si non vivit, restituet; nisi in casibus, quando se obligat pro redemptione suæ captivitatis, vel pater filium in necessitate famis constitutus; vel quando pro pace, treuga, vel securitate datur obses. Et tunc, licet promissum non impleatur, tamen obses non occiditur; sed servabitur, quanto tempore videbitur tenenti, vel donec promissum adimpleatur. Hoc dicit.

(1) *Santas.* Ortum habet à notatis per Azon. C. quæ res pign. oblig. poss. in summa, in principio. Sed quid de decima? an potest pignoriari? Vide per Specul. tit. de pignor. §. 1. circa finem, ubi concludit, quod jus decimæ non potest pignori obligari, cum sit res spiritualis, neque possit per laicum possideri; fructus autem decimæ obligari, et vendi possunt, ut in cap. vestra 2. de locato, et argumento l. si usus-fructus 66. D. de jure dot. Et videtur de mente Speculat. quod alteri Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ personæ jus etiam decimæ possit obligari: et comprobatur, quia ex quo in alteram Ecclesiam vel Ecclesiasticas personas sunt ista jura decimæ alienabilia, et etiam præscriptibilia, ut in cap. ex multiplici 5. de decim. et in cap. ad aures 6. de præscript. per consequens tali casu erunt obligabilia, ut in l. sic et quod 9. §. quod emptionem, D. de pignor.

(2) *Titulo.* 14. per totum, et vide quod habetur in l. 22. tit. 11. eadem Partita et cap. 1. de pignor.

(3) *Ome libre.* Adde cap. 2. de pignor.

(4) *Deue perder.* Adde text. in authent. ut nulli judicum, §. quia vero 7. collat. 9. unde sumpta est authentica imò, C. de action. et obligat. Hodie autem an liber homo possit capi, ut serviat creditori pro debito, ei qualiter hoc fiat, vide l. 2. tit. 8. lib. 3. Foro Leg. et l. 5. tit. 2. lib. 4. eod. Foro, et l. 5. tit. penult. lib. 3. Ordin. Regal. cum l. sequenti, et in volum. pragmaticarum, fol. mibil 65. et 66.

(5) *Se empenasse.* Ista lex videtur addere ad l. liber captus 17. et ad l. fin. C. de postlimin. et ad l. penult. tit. 29. et l. 5. tit. 50. 2. Partita: nam ille loquuntur, quando aliquis redemit captum etiam sine pacto, quo idem redemptus se pignoret pro pretio; hic vero fuit pactum de hoc expressum: utrobique tamen militabit dispositio dictarum legum, sive sit pignus legale, sive conventionale: et septem casus, in quibus hic nexus pignoris dissolvitur, vide per Salicet. in l. ad hostibus, la. 1. C. de captiv. et fortè in uno casu posset esse diversitas in hoc inter pignus conventionale; et legale, quia si redemptus expresse se pignori dederit pro pretio, quousque solvatur, et renuntiet remedio dict. l. final. et dict. l. penult. tit. 29. 2. Partita, non liberaretur serviendo per quinquennium, si æstimatio talis servitii non esset suf-

ficiens ad pretium: potuit enim huic juri renuntiare, ut in l. si quis in conscribendo 29. C. de pactis.

(6) *Su fijo.* Vide l. 8. et 9. tit. 17. 4. Partita.

(7) *De paz.* Adde cap. ut pridem, 23. quæst. 8. et Glos. in cap. ex rescripto, de jurejur. et l. Divus 51. D. D. de jure fisci, et l. obsides 11. D. qui testam. cum Gloss.

(8) *Por otra segurança.* Adde cap. exposita 11. de arbitr. et Glos. ibi, cujus opinio approbatur hic, et eorum quæ tradit Bald. in l. 2. colum. fin. C. de patrib. qui fl. distr. et reprobat opinio Gloss. ibi dicentis, hoc de facto fuisse usurpatum, et etiam Azon. ibi in summa, et Abb. in cap. ex rescripto, de jurejur. et Joan. de Imol. in l. obsides la. 2. D. de testam. et sic hodie de jure Partitarum poterit homo liber dari obses pro satisfactione debiti, seu pro quacumque alia conventionem, ut hic vides: nec novum hoc, cum et legamus, Genes. 42. securitatis ratione, et fidei tacite promissæ adimplemento, Simeon in obsidem retentum à fratre suo Joseph, Præposito Ægypti, etsi homo liber esset. Et de materia istorum obsidum vide late in dicto cap. ex rescripto 9. de jurejur. ubi Abb. quod ille obses vocatur, qui jurat quod non recedet de certo loco, quousque fuerit de debito, pro quo obsidem se dat, satisfactum. Et quid si sit conjunctus, sed inops, qui in obsidem datur? Vide Bald. et Alex. in l. 1. D. ut in jus vocati eant, etc. et quod teneat promissio obsidis de non recedendo à certo loco. etsi videatur suam arcere libertatem, vide Spec. in tit. de renunt. et conclus. versic. item est beneficium. Vide etiam Innoc. et Doct. in dict. cap. ex rescripto, de jurejur. an tantum pro causa publica, et non privata possit obses dari; et videtur tenere, quod tantum pro publica: ista tamen lex Partitarum, ut dixi, sentit etiam pro privata; cujus d. cisio per pragmatias permittentes creditoribus, ut accipiant debitoris personam usque ad satisfactionem debiti confirmatur. Et an isti invitati aliquando dari possint, colliges ex ibi notatis per Doct. Et quando isti dantur à Rege, videtur, quod teneantur obedire, ut in l. 16. tit. 15. 2. Part. et vult Bald. in dict. l. 2. ad finem, quem vide.

(9) *Mal ninguno.* Neque poterit cogi ad aliqua servitia, ut notat Joan. de Imol. in dict. cap. ex rescripto, ubi approbat opinionem illorum, qui dicunt, quod ipse obses debet se pascere suis expensis, et adde Bald. in dict. l. 2. col. fin. C. de patrib. qui fl. distr.

LEY IV.—Como las cosas que son puestas señaladamente para labrar las heredades, non deuen ser dadas en peños (a).

Bueyes, nin vacas, nin otras bestias de arada, nin los arados, nin las ferramientas, nin las otras cosas que son menester para labrar las heredades, nin los sieruos (b) que son puestos en ellas señaladamente para labrarlas, defendemos que ninguno non lo tome a peños (1); nin otrósi, ningund Judgador nin otro ome, non sea osado de las prender, nin de fazer entrega dellas (2). E qualquier que lo fiziesse, seria tenuto de pechar al señor dellas todo el daño, e el menoscabo, que le viniesse por esta razon.

(a) L. 5, tit. 49, lib. 3 del F. R.—L. 2, tit. 48 del Ord. de Alc.—LL. 6 y 7, tit. 11, lib. 40; y LL. 12, 15 y 16, tit. 31, lib. 41 de la N. R.

(b) En cuanto á la esclavitud puede verse nuestra nota 2.^a á la L. 3, tit. 11, P. 1.

LEX IV.— Animalia aratoria, et instrumenta pro cultura, vel servos pro cultura rustici prædii positos, pignori recipiens, vel judex, vel alius in eis executionem faciens tenetur domino ad interesse, et damna, quæ hujusmodi prætextu sustinuit. Hoc dicit.

(1) *A peños.* Reprobat hic Gloss. l. pen. C. quæ res pign. oblig. poss. quæ dicat dictam l. intelligi in pignore prætorio, vel judiciali, et quod secus esset in conventionali, et cum ea transibant ibi Bald. et Angel. et approbatur opinio Petri, et Cyn. et Odofred. et Alber. Bart. et Salic. quod neque ex conventionem possunt ista pignoriari, et est de mente Azon. C. eod. in summa.

(2) *Entrega dellas.* Adde l. 5. tit. 27. 5. Partit. et l. 7. tit. 12. lib. 5. Ordin. Regal. quæ est notabilis in materia, et eam vide, et au-

thent. agricultores, C. quæ res pign. oblig. poss. quæ sumpta fuit ex constitutionibus Frederici, de statut. et consuet. contra libert. Eccles. cap. fin. ubi vide Andr. de Iser. vide etiam in Capitulis legum Fraternalitatis, fol. 5. versic. Otrósi mandamos, que los bueyes, y mulas. Et limita, nisi una cum prædio caperentur, secundum Alberic. post Petrum, in l. excoutores, C. quæ res pign. oblig. poss. ubi etiam vult, quod neque in subsidium possent capi de per se, licet alia bona deficient; de quo dic, ut habetur in dict. l. 7. Ordin. Regal. Et ratio istarum legum fuit, ne sterilitas fructuum inducatur ex defectu culture, his rebus à cultoribus acceptis: pereunte enim cultore, terram redigi in solitudinem ostenditur, Genes. 47. v. 19. facit illud Deuteron. 24. v. 6. «Non accipies loco pignoris inferiorem, et superiorem molam: quia animam suam opposuit tibi:» sunt enim (ut vulgo dicunt rustici) boves, et alia, de quibus hic, pedes, et manus laboratorum.

LEY V.—Que cosas son aquellas que non son obligadas, maguer el señor dellas oblique todos sus bienes a peños.

A peños obligando (1) alguno todos sus bienes; cosas y a señaladas que non serian por ende obligadas. E son estas: barragana, que tenga manifestamente en su casa (a), e los fijos que ouiere della, e los criados, e sieruo (b), o sierua, que touiere señaladamente para servirle, e guardarle, e criarle sus fijos; e las otras cosas de su casa, que ha menester cada dia para servicio de su cuerpo, o de su compañía, assi como su lecho del, e de su muger, e la ropa (2), e las otras cosas todas de su cozina; que ha menester para servicio de su comer, e las armas (3), e el caualló de su cuerpo. E todas las otras cosas (4) que ouiere entonces, e aun las que atiende auer (5) despues, fincan obligadas por razon de tal empeñamiento. Fueras ende estas sobredichas, o otras algunas si las ouiere, que sean semejantes (6) destas.

(a) Véase nuestra nota 2.^a al proemio del tit. 14, P. 4.

(b) Respecto á la esclavitud véase nuestra nota 2.^a á la L. 3, tit. 11, P. 1.

LEX V.— Obligatio honorum extenditur ad futura; sed in tali generali obligatione non includitur concubina, ancilla, aut filii, vel servi ad servitium quotidianum domus, vel ad nutriendum debitoris filios: nec indumenta debitoris aut ejus uxoris; nec pannu lecticales, et instrumenta coquinæ, nec arma, et equi corporis debitoris. Hoc dicit.

(1) *Obligando.* Sive sit expressa obligatio, sive tacita quæ à lege inducitur, etiamsi si pro dote, non venient hic exceptuata, secundum Alberic. in l. unica, col. 2. ad fin. C. de rei uxor. act.

(2) *Ropa.* Undè neque vestes æstivales, neque hyemales, de quibus in l. 1. C. de re milit. lib. 12.

(3) *Las armas.* Nota bene, quia de his non dicebatur in l. obligatione generali 6. D. eod. de qua ista sumpta est, licet ex mente dictæ legis, et sequentium, bene comprehenditur: adde l. 5. tit. 27. 5. Partit. Et de libris, vide Angel. Aret. in §. item Serviana, Instit. de action. col. 2. ubi sub dubio fortè dicit, quod libri sine quibus scholaris sine dedecore, vel maximo damno vivere non potest, non veniunt in generali obligatione.

(4) *Todas las otras cosas.* Non intelligas de prohibitis alienari; nam illa non veniunt in generali obligatione, vel alienatione honorum, ut in cap. in generali, si de feud. defuncti content. sit inter domin. et agnat. et notat Bart. in l. codicillis, §. instituto, D. de legat. 2. Specul. tit. de pign. §. 1. ad finem, Bald. in l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss. et in l. voluntas, C. de fideicom. et in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder. Ang. in authent. de restitut. et ea quæ parit in princ. An autem in generali hypotheca veniant venalia, vide per Bald. in l. ubi adhuc, 4. et 5. col. C. de jure dot. et in l. cum tabernam, D. de pignor. ubi dicit, in obligationem cadere, licet aliæ alienari, exereendo mercantiam, possint, non obstante obliga-

tione: acquisitæ tamen loco earum subrogantur in obligatione, quia obligando bona sua mercator, mercantiam omnem suam videtur obligasse: est enim mercantia quoddam corpus universale, secundum eum, ubi una res subrogatur loco alterius: vide etiam per Bart. in l. generali, §. uxori, D. de usufruct. legat.

(5) *Las que atiende auer.* Adde l. 1. in princ. D. eod. et l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. l. tutor. 16. §. fin. D. de pignor. act. l. lex vectigali 31. D. de pign. ubi Bald. extendit ad bona emphyteotica etiam Ecclesiæ, Ripa in l. 1. D. eod. col. 3. et facit ad quæstionem, an si quis dicat, quod bona sua dat, vel relinquit in majoriam, seu jure majoriæ, an intelligatur etiam de bonis futuris, et non solum de præsentibus: ad cujus quæstionis decisionem videnda sunt, quæ notat Bart. in l. si ita, D. de auro et arg. legat. Et an autem censeantur hypothecata in obligatione generali res, cujus dominium competit obliganti jure singulari, vide Bald. in l. hac edictali, §. 4. fin. col. C. de secundis nupt. et an extendatur ad nomina debitorum, vide eundem Bald. in l. hæredem, C. de hæreditar. act. et quod utile dominium non repellat hypothecariam, vide Gloss. et Bald. in authent. de restit. et ea, quæ parit infra 10. mensem, collat. 8. et eundem Bald. in l. in rebus, C. de jure dot. Et nota, quod necdum in generali hypotheca honorum veniunt etiam quærenda, quando fuit expressa hypotheca, ut hic; sed etiam veniunt in tacita hypotheca, l. si quis prioris, 8. §. fin. et ibi Bald. et l. hac edictali 6. §. omnibus 2. C. de secund. nupt. et notat Gloss. in dict. l. fin. Precederet etiam quod hic habetur, etsi obligans generaliter bona sua dicat, quod bona constituit nomine creditoris se possidere; licet in contrariam sententiam inclinaverit Bart. in dict. l. fin. mot: s ex notatis per Gloss. in l. quamvis, §. 1. D. de acquir. posses. idem tenet Jacob. Butri. et ibi Salicet. in dict. l. fin. in fin. et verificabitur secundum eum constitutum in futuris, quando cæperit debitor ea possidere, et sic cessat motum Bart. et idem tenet Alexand. ubi multos refert in l. 5. §. incertam, D. de acquir. posses. Non tamen comprehenderet hæc generalis obligatio ea bona futura, quæ acquiruntur per hæredem debitoris, ut in l. Paulus 29. in principio. D. de pignor. quod procedit secundum Angel. ibi, etiam si essent quæsitæ ex bonis defuncti, ut notat Gloss. in l. assiduis, C. qui potior. in pign. hab. Si tamen essent fructus naturales habiti ex re per defunctum obligata, bene venirent in hypotheca, ut in dict. l. Paulus 29. §. si mancipia 1. et l. 5. C. in quibus casibus pignus, vel hypoth. tacite contrah. et infra eod. l. 16. et tenet Angel. ubi suprâ. Limita etiam istam legem et similes, in casu l. fin. C. de remiss. pignor. qui est casus singularis. Limita etiam si quis obligaret omnia bona sua, quæ habet vel habere sperat; quia intelligitur de spe causata de præterito, non de causanda de futuro, secundum Bald. notabiliter in l. fin. colum. 2. C. de pactis, qui et allegat notata per Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in quæst. 6. D. de verbis oblig. Dubito tamen, an sit verum hoc dictum Baldi, et potius inclinarem in oppositum propter generalitatem hujus legis, et similitum; et quia agitur de parvo præjudicio, quod non est in casu, in quo loquitur Bart. in dicto §. duo fratres, ubi in dict. quæst. 6. tractat de amissione juris fideicommissi, quod est maximi præjudicii; et quia Bald. nihil aliud allegat, ex quo rectè posset fundari ejus dictum; et quia in specie ista lex Partitarum videtur destruere dictum Baldi, cum dicit e las que atiende auer: nisi dicas, quod intelligatur juxta limitationem Baldi, quod referantur hæc verba ad spem in causata de præterito, vel de presenti, et non de futuro; quod non potest dici, cum hæc lex intendat comprehendere sub hoc verbo omnia futura, quia obligatio fuit generalis, sub qua includuntur habita, et habenda, dato quod tunc ex aliqua causa de præterito non sit spes de eis habendis, ut et patet in legibus, de qua ista sumpta est, et ex dictis Azon. C. quæ res pign. obligar. poss. in summa, versic. aliv res omnes.

(6) *Semejantes.* Adde l. denique 8. D. eod.

LEY VI.—En que manera deuen ser dadas las cosas a peños (a).

Empeñadas pueden ser las cosas, estando presentes los dueños dellas, e los otros que las resciben a peños; quier sean las cosas en aquel lugar, o en otro. E aun lo pueden fazer por mensajeros, o por cartas, maguer alguno dellos non fuesse delante, con escriptura, o sin ella. Otrósi dezimos, que quando alguno empenare al-

guna cosa, que le deve señalar (1), o por su nome, o por señales, o por medida, o por otra manera qualquier, porque sea sabida ciertamente, qual es la cosa que es dada a peños.

(a) Ley única, tít. 16 del Ord. de Alc.—L. 1, tít. 1, lib. 10 de la N. R.

LEX VI.—Contrahitur pignoris obligatio inter absentes, vel presentes, per nuntium, vel epistolam, et sine scriptura vel cum ea, sive res sit præsens, sive non, et debet res designari nomine, signo, vel mensura, vel aliter, ut cognoscatur. Hoc dicit. Habet ortum à l. *contrahitur* 4. et à l. *creditor* 25. §. 1. D. *de pignor*.

(1) *La deve señalar*. Hoc expedit etiam debitori, ne si alius fundus huic per eum adjiceretur, veniret sub hypotheca, ex quo de finibus non constaret; expedit etiam creditori, ne ex uno fundo facti duo, possit in uno jus pignoris pendere: et vide l. *forma* 4. D. *de censib.*

LEY VII.—Quien puede empeñar las cosas (a).

Los que han (1) poderio de enagenar las cosas, porque son señores dellas, estos mismos las pueden empeñar a otro. E aun dezimos, que si algunos han derecho en las cosas, que las pueden empeñar; maguer non ouiesse el señorío dellas (2) (b). Otrosi dezimos, que si alguno esperando (3) de auer el señorío de alguna cosa, la empeñasse, ante que ouiesse el señorío de ella; si despues que la ouiesse empeñada assi, ganasse el señorío, tambien finca obligada, como si ouiesse el señorío, e la tenencia della, quando la empeño. E aun dezimos, que si algund ome empeñasse a otro cosa agena, non le apoderando della, e aquel a quien fuesse empeñada, fuesse sabidor que fuesse agena; maguer despues desso ganasse el que la empeño, el señorío, con todo esso non ha derecho en ella, para demandarla (4) a este que la rescibio a peños. Pero si acaesciesse, que aquel a quien fuesse empeñada, fuesse tenedor de aquella cosa entonces, y quando la ganasse, bien la podria tener en peños, fasta que cobrasse lo que auia dado sobre ella. Mas quando rescibio la cosa a peños, si creya que era de aquel que gela daua a peños, si despues desso ganasse el otro el señorío della; quando assi acaesciesse, tambien la podria demandar a quien quier que la touiesse, como si ouiesse el otro el señorío, e la tenencia della quando la empeño.

(a) L. 7, tít. 19, lib. 3 del F. R.

(b) De modo que no solamente pueden empeñar las cosas sus deños, sino los que esperan serlo.

LEX VII.—Potest pignorar habens potestatem alienandi: et etiamsi non sit dominus, si speratur tamen esse, tenebit obligatio, quando fuerit dominium assecutus. Item, si scienti pignoraui rem alienam, et tradidi, et postea dominium acquisivi, contrahitur tunc pignoris obligatio; et si non tradidi, non contrahitur: si autem ignorantem, indistinctè à me quæsito domino contrahitur. Item, qui habet jus in re, potest illud pignorarè. Hoc dicit.

(1) *Los que han*. Ortum habet à notatis per Azon. C. eod. in summa, col. 1. versic. *potest quis pignori obligare*, et à Gloss. in l. 1. in princ. super parte *difficilius*, D. eod. et ibi vide Bart. Quid autem si defunctus obligavit bona hæredis? an teneat obligatio sequuta aditione hæreditatis, vide quæ dixi in l. 10. tit. 9. 6. *Part.*

(2) *El señorío dellas*. Et ante acquisitionem domini illud jus erit obligatum; acquisito verò dominio ex illo jure, quod ei competeat, cum obligavit, ipsa res erit obligata, l. 3. §. *cum ex causa* 1. D. *qui potior in pign. hab.* secus, si dominium superveniat ex alia causa, ut declarat Bart. in l. 1. §. *in specie*, D. eod. in *distinctione*.

(3) *Esperando*. Ut si erat sibi ex aliqua causa debita, ut in l. 3. §. 1. *qui potior in pign. hab.*

(4) *Para demandarla*. Ex generalibus verbis hujus legis videtur reprobari dictum Gloss. in dict. l. 1. in princ. super parte *difficilius*, D. eod. in fin. gloss. cum dicit, quod procedat hoc, scilicet, ut non detur ei hypothecaria contra tertium; bene tamen dabitur contra ipsum debitorem obligantem, cum quo dicto Gloss. tenet etiam ibi Angel. dicens, quod non poterit hoc casu referri per debitorem quæstio domini, quia esset allegare turpitudinem suam: contra quam gloss. in hoc tenet ibi Bart. imò quod neque contra debitorem detur hypothecaria, quia cum agatur hypothecaria in rem, potest referri quæstio domini, ut notatur in l. *ita ut et si fur* 16. D. *commodat.* et ista opinio videtur approbata hic, neque obstat, quod habetur in l. *si inter* 21. §. 1. D. eod. quia illa lex loquitur in creditore ignorante rem esse alienam.

LEY VIII.—Como el personero, o el mayordomo, o guardador de algund huerfano, pueden empeñar los bienes dellos.

Personero, o mayordomo de algund ome, empeñando alguna cosa de aquel, cuyo personero, o mayordomo es, sin su sabiduria (1), e sin su mandado (2); si los marauedis que rescibio sobre los peños, entraron en pro del señor, e la cosa empeñada passo a poder de aquel que la rescibio a peños, entonces bien la puede retener, fasta que cobre los marauedis que dio sobre ella. Mas si la cosa non fuesse passada a su poder, como quier que puede demandar los marauedis al señor de la cosa empeñada, si entraron en su pro, assi como sobredicho es; con todo esso non le puede demandar, que le de la cosa que tenga por peños. Otrosi dezimos, que aquel que tiene en guarda los bienes de algund huerfano, s. ouiere menester de empeñar alguna cosa dellos, por pro de aquel que tiene en guarda; que lo puede fazer de las cosas muebles (3), metiendo toda via en pro (4) del moço, los maravedis que tomare sobre los peños. Mas las otras cosas que son rayz, non las puede empeñar sin otorgamiento del Judgador. Pero si el guardador empeñasse alguna cosa de las suyas (5), para pagar debda que deuiesse el huerfano, o por alguna otra cosa, valdria el empeñamiento contra el guardador; maguer el moço non fuesse tenuto de pagar la debda, porque non ouiesse entrado en su pro.

LEX VIII.—Si majordomus, vel procurator sine mandato rem domini sui pignori obliget, et tradat, pretio in domini utilitatem converso, habet creditor retentionem; sed si non tradiderit, non potest pignus petere, licet pretium fuerit in domini utilitatem conversum. Item tutor, vel curator potest rem mobilem minoris pignorarè, si pretium in ejus utilitatem convertit; sed immobilem non potest sine iudicis auctoritate: sed si res tutoris, vel curatoris pro minore pignoretur, contrahitur pignus contra tutorem vel curatorem, licet pecunia in minoris utilitatem non convertatur. Hoc dicit.

(1) *Sin su sabiduria*. Nam secus, si eo sciente, ut in l. *si sine* 3. C. *ad Vellejan.* et l. 2. C. *si alien. res pign. data sit*, et infra eod. l. proxima. ibi: *E se callasse, e non lo contradixesse*.

(2) *Mandado*. Sufficeret, quod ratum postea haberet, l. *aliena res*, 20. in princ. D. *de pign. act.* et infra eod. l. proxima.

(3) *De las cosas muebles*. Gloss. in l. *curator*, C. *si res alien. pign. dat. sit*, et in l. *tutor* in princ. D. *de pign. act.* intelligit, nisi sint mobilia, quæ servando servari possunt, nam tunc non poterunt obligari sine decreto iudicis, ut in l. *lex quæ tutores* 22. C. *de admin. tutor.* et cum illa Gloss. transeunt ibi Bald. et Salicet. idem volentes. Tu advertit, quia ista lex loquitur indistinctè, et tantum excipit mobilia: neque ad præsens memini de lege Partitarum, quæ disponat id, quod habetur in dict. l. *lex quæ tutores*, nisi diceres, hoc esse provisum per l. 4. tit. 3. ead. *Part.* et in l. 18. tit. 16. 6. *Partit.* quæ tamen

non ita prohibent alienationem omnium mobilium, quæ servando servari possunt, sicut prohibet l. *lex quæ tutores*; et ideo fortè de isto jure Partitarum tutor posset obligare bona mobilia, etiam quæ servando servari possunt, etiam sine iudicis decreto; nisi essent servi, de quibus habetur in dict. l. 18. et in dict. l. *lex quæ tutores*: cogita tamen.

(4) *Via en pro*. Ista lex facit, quod etiam in aliis contractibus ultra mutuum debeat probari, pecuniam esse versam in utilitatem minoris, et ita in terminis hujus legis tenet Bart. in l. *curator*, C. *si res alien. pign. data sit*: vide quæ dixi in l. 3. tit. 1. ead. *Partit.* in gloss. 2. et in gloss. final.

(5) *De las suyas*. Adde l. *et si is* 9. C. *de præd. minor.*

LEY IX.—Como puede ser empeñada, o non, la cosa agena (a).

Cosa agena non puede ser empeñada, sin mandado de aquel cuya es. Pero si alguno la empeñasse, e despues que lo supiesse el señor, lo consintiesse (1), o lo ouiesse por firme (2), o estando delante quando la empeñaua, e se callasse (3), e non lo contradixesse; estonce valdria el empeñamiento, tambien como si el lo ouiesse fecho, o otro por su mandado.

(a) L. 9, tít. 19, lib. 3 del F. R.

LEX IX.—Non potest res aliena pignori obligari, nisi domino mandante, vel præsente, et non contradicente, vel postquam scit ratificante. Hoc dicit.

(1) *El señor lo consintiesse*. Iudici potest ad quæstionem ista lex, si maritus de consensu uxoris fecit majoriam de re uxoris, ipsa consentiente, ita, et taliter quod maritus disponeret ut de re sua ipsius mariti, quod si postea maritus revocet majoriam, quod talis res manebit apud maritum, et non reddet ad uxorem; ad quam quæstionem poteris inducere notabile dictum Baldi, quod magis facit in l. 1. C. *si unus ex pluribus appell.* versic. *item quero pone minor*, quem vide: fortè tamen si majoria ex tali re fieret in filium communem, videretur dicendum, quod res deberet manere filio ex defectu cause finalis, vel quod reverti debeat ad matrem: tu cogita.

(2) *Por firme*. Adde l. *aliena res* 20. in princ. D. *de pign. action.* ex quo infertur, secundum Ripam in l. 4. D. eod. column. 4. quod si dominus, qui habet electionem rem suam vendicandi à creditore, vel agendi contra debitorem, ut pignus reddat, juxta Gloss. communiter approbatam in cap. *ex præsentiam*, isto tit. si eligat agere contra debitorem, censetur approbare pignus, nisi contrarium protestetur.

(3) *E se callasse*. Nota hoc, quia aliud vult Bald. in l. *si sine*, C. *ad Vellejan.* ubi vult, non sufficere taciturnitatem tantum sine alio actu indicativo consensus, per l. *fidejussor* 26. §. *pater* 1. D. *de pignor.* Salicet. tamen, et Paul. ibi tenent post Gloss. ibi, quod hic in ista lege habetur.

LEY X.—Como puede ome empeñar, o non, la cosa que dio a otro en peños (a).

Empeñando algun ome su cosa (1) a otro, si despues de esso quisiere empeñar aquella cosa misma otra vez, non lo podria fazer, sin sabiduria (2), e sin mandado de aquel a quien la auia empeñado primeramente. Fuera ende, si la cosa valiesse tanto (3), que cumpliesse a pagar amos los debdos. Ca entonces bien la podria empeñar sin su sabiduria, por tanto quanto valiesse demas de aquello que el auia sobre ella. Otrosi dezimos, que si algun ome ouiesse empeñado alguna cosa a algun ome, por tanto quanto valia, e despues desso empeñasse aquella cosa misma a otro, sin sabiduria, e sin mandado de aquel que la tiene en peños; que es tenuto (4) de dar otro peño alguno, al segundo ome a quien la auia empeñada, que valia tanto quanto auia recebido del. E aun demas desto, puede poner pena (5) el Jud-

gador del lugar segun su aluedrio, por este engaño que fizo, de empeñar vna cosa a dos ome, por mas que non valia. Esso mismo dezimos que deve ser guardado, quando alguno empeña cosa agena (6), non lo sabiendo aquel que la recibe en peños.

(a) L. 9, tít. 19, lib. 3 del F. R.

LEX X.—Cum quis duobus diversis temporibus rem obligat, nihil agit sine mandato creditoris primi, teneturque secundo aliud pignus dare, et pro commissa fraude punietur iudicis arbitrio. Idem de eo, qui pignorat rem alienam ignorante creditore. Sed si pignus tantum valet, sicut utriusque debetur, valet, et tenet pignoris obligatio. Hoc dicit.

(1) *Su cosa*. Et sic loquitur de pignore special: unde ista lex non procederet in obligatione generali bonorum; quia si ita intelligeretur, esset interdicere hominibus contrahendi potentiam, secundum Angelum in l. 1. C. *de crim. stellion.*

(2) *Sin sabiduria*. Adde l. *tutor* 16. §. 1. D. *de pignor. action.* et l. *et quæ nondum* 15. §. final D. *de pignor.*

(3) *Valiesse tanto*. Adde l. *si quis in pignore* 36. §. final D. *de pign. action.*

(4) *Es tenuto*. Approbat secundam opinionem Gloss. positam in l. *cum debitor*, D. *de pign. action.* licet Doctor. ibi teneat primam.

(5) *Pena*. Adde dict. l. *tutor* 16. §. 1. et l. *si quis in pignore* 36. §. fin. D. *pign. action.* et l. 1. C. *de crim. stellion.* ubi habetur, quod liberabitur ab hoc crimine, si creditoribus debitum offerat: et vide ibi doctrinam notabilem Salic. quando in delictis sit locus penitentiae, et vide l. 1. C. *ne tutor, vel curator vect. conduc.*

(6) *Cosa agena*. Adde l. *tutor* 16. §. 1. et l. *si quis in pignore* 36. §. fin. D. *de pign. actione.*

LEY XI.—Como non deve ninguno prender a otro, sin mandado del Judgador (a).

Prendar (1) non deve ninguno las cosas de otro (2), sin mandado del Judgador, o del Merino de la tierra (3). Fuera ende, si ouiesse puesto pleyto (b) con su debdor, que lo pudiesse (4) el fazer por si, sin mandado del Alcalde. E si alguno contra esto fiziesse, tenemos por bien, e mandamos, que torne la prenda a su dueño, e que peche la valia de la debda al Rey (c); e demas, que pierda la demanda (5), que auia contra aquel que assi prendo.

(a) L. 1, tít. 6, lib. 5, y L. 4, tít. 4, lib. 6 del F. J.—L. 4, tít. 11, lib. 4; L. 2, tít. 19; L. 2, tít. 20, lib. 3; L. 7, tít. 4, y L. 8, tít. 3, lib. 4. del F. R.—L. 4 del Estilo.—Ley única, título 16, y L. 1, tít. 18 del Ord. de Alc.—LL. 1 y 6, tít. 12, libro 5 de las OO. RR.—L. 1, tít. 1, lib. 10, y LL. 1 y 2, tít. 31, lib. 11 de la N. R.

(b) Convenio.

(c) Como son caudales justamente muy diversos la Hacienda pública y el Patrimonio del Rey, para aquella y no para este es el valor de la deuda con cuya pérdida castiga la ley al acreedor que por su sola autoridad se apodera de alguna prenda del deudor, ademas de perder la demanda, como dice la misma ley.

LEX XI. Non potest creditor sua auctoritate pignora debitoris capere sine iudice, nisi ex pacto ei liceat; et si fecerit, restituet pignus, et perdet debitum, solvetque Regi valorem debiti. Hoc dicit.

(1) *Prendar*. Adde l. pen. C. *de pign. action.* et l. 3. C. *vi donor. raptor.* et l. *exlat.* 15. D. *quod met. caus.* et l. *si quis in tantam* 7. C. *unde vi*, et l. 11. tit. 9. 7. *Partit.* quæ lex est valdè notabilis, et l. 5. tit. 14. l. 3. *Ordin. Regal.* et l. 14. tit. 10. 7. *Part.* et l. 1. et 6. tit. 11. lib. 5. *Ordin. Regal.* et l. *creditores* 7. et ibi Bart. D. *ad L. Jul. de vi privat.*

(2) *Cosas de otro*. Sufficit, quod bona fide possideat illas, ut in l. *et non tantum* 19. D. *de petit. hæred.*

(3) *Merino de la tierra*. Non ergò sufficeret jussus iudicis incom-